



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 9. Papa datus ad Carolum literis felicem Synodi exitum gratulatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

lis Pa.  
o vere  
edium,  
ffu, &  
ruden-  
tur ea,  
admit-  
alibus  
tiones  
injum  
usuræ  
etiam  
nariis,  
itato-  
aucis  
onon-  
ecnon  
s die-  
dæis,  
mer-  
e Sy-  
om-  
gref-  
osita  
retæ.  
Bor-  
men  
aud  
fici  
ii V.  
enle  
qua-

Januario ad Divi Petri Cathedram pro-  
motus fuerit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1565.

Ceterum prudens agendi ratio, quam Cardinalis Borromæus in hujus Synodi celebratione tenebat, omnes admiratione repleverat; nunquam enim sat amplis elogiis celebrari poterat gravitas, ac Majestas, quacum hæc Synodus habita est. Stupebant omnes, quod Cardinalis ætate juvenis, inter dignitates, ac fastum olim enutritus nunc cum tanto fervore, & eloquentia populis Dei Verbum annuntiaret, de morum emendatione ageret, Synodo assisteret, cuncta ejus decreta ipsius instrueret, ac veteranos etiam Præfules ætate longe superiores ad eorum obseruantiam animaret, illosque ad residendum, atque suo gregi, Ecclesiisque invigilandum hortaretur.

### §. IX.

*Papa datis ad Carolum literis felicem Synodi exitum gratulatus.*

Cum Pium IV. Pontificem non minus, ac ceteros tam felicis successus nuntius ingenti admiratione, & lætitia affecisset, hinc idem Pontifex eadem occasione ad Carolum Borromæum diploma transmisit his verbis conceptum. „Jucundissimæ nobis fuerunt literæ tuæ „omnes, sed postremæ inter ceteras, „quas

Sæcul. XVI „quas ad nos decima octava hujus men-  
A.C. 1565. „sis die dedisti tum de omni Synodi  
 „istius felici progressu, tum præcipue  
 „de Concilii Tridentini decretis publice  
 „receptis, atque istorum populorum  
 „præparatione ad ea omnia accipienda,  
 „quæ in Synodo constituentur, nec mi-  
 „nus gaudemus de prompta Gubernato-  
 „ris, & aliorum Serenissimi Regis Catho-  
 „lici ministrorum voluntate, qui ad rerum  
 „decretarum usum studium, atque ope-  
 „ram suam omnem pollicentur: qua in  
 „re divinum auxilium perspicue agno-  
 „scentes, quod ardenti, optimoque de-  
 „siderio tuo, ad omnium rerum pro-  
 „speritatem præsto est, te collauda-  
 „mus, hortamurque, ut læto animo  
 „pergas optima constituere, & quæcum-  
 „que possis laudabilia exempla edere  
 „pro Diæcesis tuæ bono. Dominus no-  
 „ster te conservet. Datum Romæ die  
 „vigesima septima Octobris Anno Sal-  
 „vatoris nostri millesimo quingentesimo  
 „sexagesimo quinto., Eadem epistola  
 summus Pontifex Borromæo injunxe-  
 rat, ut opportune Tridentum versus  
 honoris caussa procederet obviam Prin-  
 cipibus fœminis, quæ erant Joanna,  
 & Barbara Maximiliani Imperatoris  
 Sorores, quarum prima Francisco  
 Cosmæ Medicæ Florentiæ, & Se-  
 narum Ducis filio, altera natu major  
 Alphon-

Alphonso Estensi Ferrariæ Duci de-  
sponsata erat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1565.

Verum priusquam demandatæ huic  
provinciæ satisaceret Borromæus, uni-  
versam suam Diæcesin lustrare aggre-  
diebatur, cum autem jamjam sancto  
huic operi intentus esset, Tridentum  
præfatis Principibus obviam ire coge-  
batur: postea vero eum summus Pon-  
tifex, ejus Patruus, qui sat periculo-  
sum morbum erat eluctatus, Romam  
venire jussit.

### §. X.

#### *Rhemensis Conventus a Lotharingio Cardinale celebratus.*

Pariter hoc anno Christi millesimo quin-  
gentesimo sexagesimo quinto ex-  
eunte Mense Novembri Lotharingius  
Cardinalis Rhemis conventum egit sat  
numero sum; aderant quippe ipsimet  
Episcopi Sylvanectensis, Suessonensis,  
& Catalaunensis: suos autem Procu-  
ratores mittebant Noviodunensis, Lau-  
densis, Ambianensis, & Bolognensis:  
cum vero eodem tempore Nicolaus Pel-  
leveus Senonensis Archiepiscopus, &  
Nicolaus Psalmæus Virodunensis Præ-  
ful Rhemis essent, hinc a duobus Ar-  
chidiaconis ad eos deputatis ad hunc  
Conventum invitabantur, qui etiam  
cum ceteris intererant, ita tamen, ut  
Archie-

*Labb. p. 43.  
Eg seq.*